
INCIPIT LIBER FOEBADII EPI CONTRA ARRIANOS

Nisi illam zabolicae subtilitatis fraudem viderem. quae omnium fere sensibus occupatis & heresem persuadet ut fidem rectam & fidem rectam condamnat ut heresem. Nullum omnino super his quae nuper ad nos scripta venerunt sermonem haberem frs kmi. sufficiebat enim conscientiae puritatem tenere quod credit. estimanti fore rectius tueri propria. quam scire aliena & aliena discutere. Sed quia ut diximus aut haeresis suscipienda est ut catholici dicamur. aut vere catholici non simus si heresim non repudiamus. Ad hanc tractatus conditionem necessitate descendimus. quam zabolicum virus sub modestia religiosae venerationis occultum in medium proferre nos convenit. Ut & malum quod sub opinione verborum simplicium latet deprehendatur. & mendacio detecto. veritas interclusa respiret. destruenda sunt enim aliena ut nostris credatur.

Nostris autem nisi ea fuerint destructa ut solis credi debeant. non nisi credendum

Ui deo igitur an haeresim zabolica fraude cecatam proferre in conscientiam publicam possim. tamen dum de ipsa mihi sermo est dans fidei meae pignus catholicum me probabo. probatum quidem ut spero dno primum de in conscientiae meae. sed & his probandum quos aut metus aut saeculi ambitio non vicerit. Incipientes igitur ab ipso capite perfidiae non fidei ac deinceps per totum corpus decurrentes probabimus multa per fraudem communis professionis quae scilic& nec reperire possumus. Non nulla vero sine ullo pudoris similitudine esse congesta. Nam & unus ds non sine fraude proponitur. nec duo simpliciter negantur. nomen vero substantiae idcirco penitus iuratur. ut scindatur a patre filius. denique nativitas eius referitur ignota quae si ut est & patre natre datur. Ipsa sui confessione satis nota est. maior pater filio dicitur. Non tamen ea differentia qua filio pater maior est. sed omnibus divinae gloriae bonis maior. quibus si minor est filius. nec ipse est & in patre in patre dabitur quia nihil in semet ipsam recipi & aeternam eius beatitudo [illegible]

I. *Voss. lat.* F. 58 (291 × 219), s. IX, f. 117r (cf. supr. p. 2 ss.).